Nr. 1967.

Currenda IX.

A. D. 1877.

N. 1725.

Professio orthodoxae fidei juxta formam a Summis Pontificibus Pio IV. et Pio IX. praescriptam.

„Jussu Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX, edidit Sacra Congregatio Concilii die 20 Januarii a. c. **Decretum** sequentis tenoris:

Quod a priscis Ecclesiae temporibus semper fuit in more, ut christifidelibus certa proponeretur ac determinata formula, qua fidem profiterentur, atque invalescentes cujusque aetatis haereses solemniter detestarentur, idipsum. sacrosancta Tridentina Synodo feliciter absoluta, sapienter praestitit Summus Pontifex Pius IV, qui Tridentinorum Patrum decreta incunctanter exequi properans, edita Idibus Novembris 1564. Constitutione *Injunctum Nobis*, formam concinnavit professionis fidei recitandam ab iis, qui cathedralibus Ecclesiis praeficiendi forent, quive illarum dignitates, canonicatus, aliaque beneficia ecclesiastica quaecumque curam animarum habentia essent consecuturi, et ab omnibus aliis, ad quos ex decretis ipsius Concilii spectat: nec non ab iis, quos de monasteriis, conventibus, domibus, et aliis quibuscumque locis regularium quorumcumque ordinum, etiam militarium, quocumque nomine vel titulo provideri contingeret. Quod et alia Constitutione edita eodem die et anno incipiente *In sacrosancta* salubriter praeterea extendit ad omnes doctores, magistros, regentes, vel alios cujuscumque artis et facultatis professores. sive clericos, sive laicos, vel cujusvis ordinis regularis, quibuslibet in locis publice vel privatim quoquomodo profitentes, seu lectiones aliquas habentes vel exercentes, ac tandem ad ipsos hujusmodi gradibus decorandos.

Jam vero, cum postmodum coadunatum fuerit sacrosanctum Concilium Vaticanum, et ante ejus suspensionem per Literas Apostolicas *Postquam Dei munere* diei 20. Octobris 1870. indictam, binae ab eodem solemniter promulgatae sint dogmaticae Constitutiones, prima scilicet de Fide Catholica, quae incipit *Dei Filius*, et altera de Ecclesia Christi, que incipit *Pastor aeternus*, non solum opportunum. sed etiam necessarium dijudicatum est, ut in fidei professione dogmaticis quoque praememorati Vaticani Concilii definitionibus, prout corde, ita et ore publica solemnisque fieri deberet adhaesio. Quapropter SSmus D. N. Pius Papa IX. exquisito ea desuper re voto specialis Congregationis Emorum S. R. E. Patrum Cardinalium, statuit, praecepit, atque, mandavit ceu per praesens decretum

praecipit ac mandat, ut in praecitata Piana formula professionis fidei, post verba *„praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo"* dicatur *„et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio,"* utque in posterum fidei professio ab omnibus, qui eam emittere tenentur, sic et non aliter emittatur, sub comminationibus ac poenis a Concilio Tridentino et a supradictis Constitutionibus S. M. Pii IV. statutis. Id igitur ubique, et ab omnibus, ad quos spectat, diligenter ac fideliter observetur, non obstantibus etc.

Datum Romae e Secretaria S. Congregationis Concilii die 20. Januarii 1877.

P. Card. CATERINI, Praefectus.

J. Archiepiscopus Ancyranus, *Secretarius.*

Professio orthodoxae Fidei juxta formam a Summis Pontificibus Pio IV. et Pio IX. praescriptam.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei Unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur, qui loquutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum Et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas et eccclesiasticas traditiones reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Jesu Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et adprobatos Ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione

recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter corpus et sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro.

Caetera item omnia a sacris Canonibus et oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo, et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili magisterio, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas et rejectas et anathematizatas ego pariter damno, rejicio et anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et immaculatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri et doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum ego idem N. spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Dei Evangelia."

Ordinamus itaque ut quoties professio fidei emittenda erit ab omnibus qui eam emittere tenentur, non aliter quam juxta suprascriptum formular emittatur.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 12. Aprilis 1877.

C. k. urzędnicy państwowi i słudzy, powinni o zamierzoném małżeństwie donieść swéj władzy przełożonéj, niektóre kategorye tychże nawet prosić o pozwolenie.

Według istniejących przepisów obowiązani są wszyscy c. k. Urzędnicy państwowi i słudzy zamierzone zawarcie małżeństwa z wymienieniem narzeczonéj przed ślubem

donieść przełożonemu Urzędu, a nawet pewna kategorya urzędników potrzebuje nawet wyraźnego poprzedniego tym celem zezwolenia. Ponieważ nie zawsze przepisom tym zadość czyniono, przez co w wypadkach śmierci takich c. k. urzędników i sług, pozostałe wdowy i sieroty albo prawo pensyi i zaopatrzenia utraciły, albo też w asygnowaniu takowéj zwłoki doznawały. Obowiązkiem tedy jest Wielebnych Dusz Pasterzy dla zapobieżenia podobnym niedogodnościom, żądać od urzędników i sług państwowych, by **przed ślubem** wykazali, że zawiadomili o zawrzeć się mającym związku małżeńskim przełożonego urzędu, lub wedle okoliczności nawet zezwolenie otrzymali. Wzywa tedy Biskupi Konsystorz Wielebnych Dusz Pasterzy, aby na przyszłość przepisów owych w kurendach dyecezalnych dawno publikowanych ściśle przestrzegali.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 12. Kwietnia 1877.

L. 1681.

Przypomnienie przepisów rządowych względem użycia marek stęplowych na kwitach.

Ces. król. Namiestnictwo we Lwowie udzieliło Biskupiemu Konsystorzowi pismem z dnia 17. Marca 1877. L. 2468. odpis rozporządzenia wysokiego c. k. Ministerium spraw wewnętrznych z dnia 7. Stycznia 1877. L. 18326. względem użycia marek stęplowych na kwitach, które dla wiadomości Wielebnemu Duchowieństwu i zastósowania się w całéj rozciągłości udzielamy:

„Abschrift des Erlasses des Ministeriums des Innern dto: 7. Jänner 1877. z. Z. 18326. an die k. k. Statthalterei in Lemberg.

Zufolge einer Eröffnung des k. k. Finanzministeriums vom 22. Dezember 1876. Z. 19930. ist demselben wiederholt zur Kenntniß gebracht worden, daß von den k. k. Kassen, Quittungen zur Auszahlung übernommen worden sind, auf welchen die skalamässigen Stempelmarken zwar angebracht, aber nicht in Gemäßheit des §. 3 der Verordnung vom 28. März 1854. R. G. Bl. Nr. 70. befestiget und überschrieben worden sind.

Obwohl ein Mißbrauch mit den betreffenden Stempelmarken in der Regel kaum zu besorgen sein dürfte, wenn dieselben bei der Liquidirung durchstrichen und die Dokumente selbst behördlich verwahrt werden, so erscheint doch die den bestehenden Vorschriften wiederstreitende, unbeanständete Annahme solcher Quittungen bei k. k. Cassen um so mißlicher, als derartige Urkunden, wenn sie im Falle der Stempelrevision bei anderen Ämtern und Organen vorgefunden werden, stets beanständet werden und beanständet werden müssen.

Gemäß §. 21. des Gebührengesetzes, §. 3. der Verordnung vom 28. März 1854. R. G. B. Nr. 70. und Finanz-Ministerial-Erlaß vom 14. Dezember 1858. R. G. Bl.

Nr. 231. sind die Stempelmarken auf dem Papiere zu befestigen, ehe die stempelpflichtige Urkunde niedergeschrieben wird, daher jede Stempelmarke, welche nachträglich über die Schrift selbst befestiget wurde, als nicht vorhanden angesehen werden muß. Von der Schrift muß wenigstens Eine Zeile, nie aber die Überschrift (Titel) oder Unterschrift über die Marke unter dem Stempelzeichen gerader Linie fortlaufen, mithin die Marke auf dem farbigen Felde überschrieben werden.

Beim Gebrauche von Blanquetten muß die Marke an einer für die Handschrift ausgesparten Stelle so befestigt werden, daß von der Handschrift wenigstens Eine Zeile über die Marke geht.

Die Marke mittelst einer Stampiglie zu überdrucken, statt sie zu überschrieben ist dem Stempelpflichtigen nicht gestattet (E. vom 1. Dezember 1854. R. G. B. Nr. 306.)

Nach §. 14. der Vorordnung vom 28. März 1854. ist die Stempelmarke als nicht vorhanden anzusehen, und die Quittung als nicht gestempelt zu behandeln, wenn die Stempelmarke nicht vorschriftsmässig befestigt, und überschrieben ist, wenn ein Theil davon fehlt oder wenn Markenbestandtheile getrennt und wieder zusammengesetzt worden sind, sie mögen von derselben Stempelmarke herrühren oder nicht.

Nach §. 8. der angeführten Verordnung müßen die Stempelmarken unverletzt sein und keine Spuren einer bereits geschehenen Verwendung an sich tragen.

Ist der Verdacht vorhanden, daß die zu den Quittungen verwendeten Stempelmarken bereits gebraucht worden sind, so sind sie der k. k. Hof- und Staatsdruckerei unmittelbar wegen Prüfung und Abgabe des Befundes zu übersenden (F. M. Erlaß vom 1. Dezember 1855. R. G. Bl. Nr. 8. ex 1856.)

Die auf Quittungen vorschriftmässig verwendeten Stempelmarken sind ferner nach dem F. M. Erlasse vom 9. Mai 1860. R. G. B. Nr. 122. von den mit der Liquidatur betrauten Beamten der öffentlichen Kassen kreuzweis derart zu durchstreichen, daß die beiden Striche sich in der Mitte der Marke durchschneiden.

Bei jenen mit Geldausgabe betrauten Ämtern, wo die Liquidatur nicht von einzelnen Beamten besorgt wird, hat die Durchstreichung der Stempelmarken auf den Ausgabsdokumenten von den, die Auszalung leistenden Beamten zu geschehen.

Die Kasse und Rechnungsbeamten, welche zur Übernahme, Liquidation oder Censurirung zunächst verpflichtet sind, haben nach §. 93. G. G. beziehungsweise nach dem Unterrichte vom 3. Mai 1850. über die Verpflichtungen, welche das Gesetz den öffentlichen Behörden, Ämtern und Amtspersonen auferlegt, darauf zu sehen, ob die Stempelgebühr vorschriftsmässig entrichtet worden ist.

Im gegentheiligen Falle haben sie über jede Urkunde abgesondert (ausgenommen, es betreffen mehrere Urkunden eine und dieselbe Person) einen Befund aufzunehmen (F. M. Erlaß vom 21. August 1866. R. G. Bl. Nr. 98.

In den Befund ist ein, alle wesentlichen Daten der Urkunde enthaltender Auszug aufzunehmen, derselbe mit der Geschäftszahl, der Zahl des Journalsartikels oder der

Post, unter welcher die beanständete Urkunde vorgekommen ist, zu versehen, und von dem Amtsvorstande oder von dessen Stellvertreter zu fertigen, mit dem Amtssiegel zu versehen und an die zur Handhabung des Gebührengesetzes berufene Behörde jenes Bezirkes, in welchem der Übertreter wohnhaft ist, zu leiten.

Die Aufnahme des Befundes ist auf jeder beanständeten Urkunde zur Begegnung wiederholter Beanständigungen und zum Schutze von der Verantwortlichkeit wegen Ausserachtlaßung dieser Vorschrift mit wenigen Worten zu bemerken, diese Anmerkung von dem Beanständeten leserlich zu fertigen und das Amtssiegel beizudrücken, das letztere vorzugsweise deßhalb, um zu verhindern, daß von den Partheien selbst eine Beanständigungs- Anmerkung beigesetzt und dadurch die Aufnahme des ämtlichen Befundes hintangehalten werde.

Für die Entrichtung der Stempelgebühr und für den vorschriftsmässigen Gebrauch der Stempelmarke, haftet nach §. 71. Abs. 6. des Gebühren - Gesetzes Jedermann, dem eine Schuld oder eine Theilnehmung an einer Übertretung, die das Gesetz für eine Gefällsverkürzung erklärt, zur Last fällt, er mag in Absicht auf dieselbe straffällig sein oder nicht, bezüglich des Betrages rücksichtlich dessen die Gefällsverkürzung verübt wurde.

Im Sinne des §. 83. G. G. Zl. 3. tritt die Behandlung nach dem Strafgesetze über Gefällsübertretungen auch bei den Übertretungen durch Fahrlässigkeit in der Entdeckung der Stempelübertretungen ein, insbesondere also kann, wenn derjenige, dem das Gesetz die Verbindlichkeit auferlegt, über den richtigen Gebrauch des Stempels und die Befolgung des Gesetzes zu wachen, die Anzeige einer Übertretung, die er wahrgenommen hat, oder bei Anwendung der plichtmässigen Aufmerksamkeit hätte wahrnehmen sollen, zu machen unterläßt. Unter Umständen findet die kais. Verordnung vom 10. März 1860. R. G. B. Nr. 64. über die Disziplinarbehandlung der l. f. Beamten und Diener Anwendung.

Im Besonderen unterliegen nach §. 18. der Verordnung vom 28. März 1854. Beamten, welche verpflichtet sind, darüber zu wachen, daß den §§. 8. und 9. dieser Verordnung entsprechend, die ämtliche Überstemplung nicht überschriebener Marken nur beim Vorhandensein aller gesetzlichen Bedingungen vorgenommen werde, bei Verabsäumung dieser Verpflichtung in Anordnung des §. 83. Zl. 4. G. G. einer Strafe von zwei bis zehn Gulden und gemäß Verordnung vom 28. März 1860. für die unterlassene Durchstreichung der Stempelmarke einer Ordnungsstrafe von Einem Gulden für jede nicht durchstrichene Stempelmarke.

Ich beehre mich Hochdieselben mit dem Ersuchen in die Kenntniß zu setzen, den unterstehenden Behörden und Ämtern und speziell den unterstehenden Cassen, Liquidaturen und Rechnungs - Departements die vorstehenden Bestimmungen in Erinnerung zu bringen und dieselben zur genauen Befolgung derselben anweisen zu wollen. D u. s."

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 12. Kwietnia 1877.

N. 1736.

Przybory kościelne mogą być nabyte u PP. Franciszkanek Najśw. Sakramentu we Lwowie.

Uwiadamia się P. T. Duchowieństwo dyecezalne, że Ks. Władysław Koczoń prefekt w Seminarium biskupiém w Tarnowie, ma do nabycia następujące przybory kościelne:

Ornat fioletowy jedwabny złotem lamowany za 98 złr. — Ornat biały z żółtym środkowym słupem za 77 złr. 35 cnt. — Ornat biały z liońskiéj materyi za 69 złr. — Tuwalnią z liońskiéj materyi za 12 złr. 20 cnt. — Zasłonę przed Najśw. Sakrament za 9 złr. Zasłonę przed Najśw. Sakrament za 7 złr. — Zasłonę przed Najśw. Sakrament za 4 złr.

Oprócz tego można nabyć i innych przyborów kościelnych z gustem i pięknie wyrabianych przez WW. Siostry Franciszkanki Najśw. Sakramentu we Lwowie, albo za pośrednictwem Ks. Władysława Koczonia, albo bezpośrednio.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 17. Kwietnia 1877.

Wykaz sprawionych aparatów i poniesionych reparacyj w Jeleśni.

W roku **1874.** sprawiono: 1) 6 chorągwi czerwonego, 2 żółtego, 2 niebieskiego koloru za 300 złr. — W r. **1875.** 2) Jeden ornat czerwonego i drugi białego koloruza 90 złr. sprawili parafianie z dobrowolnych składek, za przyczynieniem się X. J Rudnickiego, byłego wikarego przy tutejszym kościele. — 3) 4 lichtarze z chińskiego srebra i krzyżyk z téj samej materyi, sprawili parafianie za przyczynieniem się X. Tomasza Ciszka za 90 złr. — 4) 1 chorągiewkę czerwonego koloru, sprawiła gmina Przyborów za 30 złr. — W r. **1876.** 5) 3 kanony sprawił X. T. Ciszek za 3 złr. — 6) 3 kielichy odzłocone za 45 złr. z dobrowolnych składek parafian. — 7) Pacyfikał odnowiony przez parafian za 6 złr. — 8) Relikwiarz nowy kupił X. proboszcz Franc. Traufelder za 10 złr. — 9) Dwie dalmatyki nowe za 67 złr. kosztem prob. Traufeldera. — 10) Albę nową za 4 złr. sprawił X. Władysław Dobrzański. — 11) Dwie liny do dzwonów za 15 złr. sprawił proboszcz Traufelder. — 12) 12 lichtarzy drewnianych do katafalku za 24 złr. sprawił X. proboszcz miejscowy. — 13) Mszał oprawiony za 6 złr. kosztem X. proboszcza. — 14) Ogrodzenie cmentarza przy kościele za 250 złr. i drugiego za 150 złr. uskutecznili parafianie za przyczynieniem się X. J. Rudnickiego.

W domu plebańskim:

1) W kuchni czeladniéj piec nowy z blachami 18 złr. — 2) Piec nowy z blachami i piekarski piec w kuchni plebańskiéj 20 złr. — 3) Piec nowy w sali 20 złr. — 4) Piec nowy w pokoju sypialnym 15 złr. — 5) Piec żelazny w pokoju jadalnym 15 złr. — 6) Stajnie końskie wydylowano 19 złr., to wszystko sprawiła konkurencya. — 7) Wszystkie pokoje plebańskie odmalowano, kosztem X. proboszcza Traufeldera za 80 złr. — 8) Filary na podwórzu zreparowała za 3 złr. konkurencya.

Z urzędu parafialnego,
Jeleśnia dnia 21. Grudnia 1876.
Franc. Traufelder, pleban.

Piis ad aram sufragiis commendatur.

N. 1699. Anima Perillustris Domini **Francisci Sales. Łukaszewski**, emeriti Decani Dąbroviensis et Parochi in Luszowice, qui die 8. Aprilis Sacramentis moribundorum provisus anno ætatis 67. sacerd. 42. ad Dominum migravit, **societati Dioecesano reciprocarum precum pro felici morte** adscriptus.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

N. 1555. R. *Josephus Cyankiewicz*, Cooperator in Andrychów, translatus est in eadem qualitate ad Żywiec.

" R. *Josephus Fox*, Cooperator in Jordanów, translatus est ad Ecclesiam parochialem in Międzybrodzie.

" 152/praes. A. R. *Carolus Noszkowski*, emer. Decanus et Parochus in Podstolice, obtinuit privilegium usus Rochetti et Mantelletae.

" 1538. R. *Ludovicus Terpiński*, Cooperator in Wieliczka, provisorie supplet munus Catechetae ibidem.

" 1613. R. *Andreas Kondelewicz*, Cooperator in Biskupice, constitutus est Administrator spiritualium in Woźniki.

" 1722. R. *Gasparus Bujałowski*, Cooperator in Maków, institutus est die 11. Aprilis 1877. Parochus in Osielec.

" 1696. R. *Ignatius Dziubakowski*, Cooperator in Wadowice górne, translatus est in eadem qualitate ad Rajbrot.

" " R. *Josephus Kuziński*, Cooperator in Rajbrot, translatus est qua talis ad Radziechowy.

" 1379. A. R. *Josephus Sarna*, Parochus in Mystków, condecoratus est Expositorio canonicali.

" 1699. R. *Mathaeus Skopiński*, Cooperator in Łuszowice, constitutus est administrator spiritualium ibidem.

" 1675. R. *Vincentius Bujański*, Cooperator in Chorzelów, translatus est in eadem qualitate ad Łączki.

" 1858. A. R. *Michael Dutka*, Vice-Decanus Ropczycensi et Parochus in Witkowice nominatus est Decanus Ropczycensis.

" " A. R. *Ignatius Zapałowicz*, Decanus Skawinensis et Parochus in Zebrzydowice obtinuit privilegium usus Rochetti et Mantelletae.

" 1722. R. *Joannes Suwada*, administrator spirit. in Osielec, applicatus est qua Cooperator ad Ecclesiam paroch. in Maków.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae, die 12. Aprilis 1877.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1877. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis. Impensis Consistorii.